

nostram dilectus consanguineus noster domicellus waldemarus filius domini gerardi comitis holzacie conquestus est coram nobis quod bona sua et possessiones que post matrem suam in hattunum jure hereditario acquisiuit a quibusdam occupantur minus iuste, Nos vero nullius ius in aliquo diminuerе volentes sed iusticiam prosequi potius ut tenemur, taliter inter ecclesiam ibidem et ipsum domicellum duximus ordinandum, quod eadem ecclesia bona et possessiones, que sibi debentur habeat libereque possideat discretis terminis certisque limitibus vulgariter dictis fiællaland antiquitus habitis et servatis jure ipsius domicelli in nullo penitus diminuto, prout dilectus patruelis noster dominus waldemarus quondam rex easdem possessiones post matrem suam acquisivisse dinoscitur et postmodum pacifice possedissee, Hoc autem arbitrio domini birgeri legiferi vplandie et aliorum discretorum quos secum ad hoc deputaverit, relinquimus per ipsos sine debito terminandum, sicut coram deo et nobis voluerint respondere, Datum anno domini .M°.CCC° primo dominica proxima post assensionem domini.

På frånsidan: actoritas Regia commissa domino birgero pæterson diuidendi predia in hattunum inter ecclesiam ipsam & filium comitis gerardj.

Sigillet bortfallet från den ur brevet klippta remsan.

1341.

1301 d. 25 Juni.

Fanö.

FOLKE JONSSONS förklaring, att han till Ärkebiskopen och Upsala domkyrka afstått den för lånfången spannemål pantsatta fastigheten i Telge, så väl sin egen, som hans broders, Peter Magnussons andel, hvilken sednare han lofvar med annan jord ersätta.

B. 2: 28.

Omnibus presentes litteras inspecturis FULCO JONSSON, salutem in domino sempiternam, Notum facio per presentes, quod terram in telgium quam venerabili patri domino vpsalensi et eius ecclesie pro decem lestis annone, valentibus tunc quinquaginta marcis denariorum inpigneravi, et tempore debito non resolui, et ideo legitime deuoluta est ad ecclesiam vpsalensem eadem ecclesie iterato libere pleno iure assigno tam eam que mea erat quam eciam illam de beneplacito domini magni gregorii que erat karissimi fratris mej petri magnusson, promittens me dicto fratri meo petro equivalentem terram secundum placitum et arbitrium domini M. predicti redditurum In cuius rei robur et evidenciam sigillum meum presentibus est appensum et sigillum predicti domini magni in evidenciam sui consensus peto presentibus apponi. Datum fanø anno domini M°CCC° primo. in crastino beati iohannis baptiste.